



Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Capvt XIII. De alijs dulcibus effectibus, quos hæc obscura contemplationis
nox in anima operatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

Theologiam inflammando voluntatē, simuletiam potentia intellexus aliquā notitiae, & diuino lumine, adeo tuauū diuinoque modo illuminando, irradiare, vt à voluntate adiuta, mirum in modum effruescat, ardente in eo in viuis flaminis hoc diuino amoris igne, ita ut iam videatur anima viuum sibi igne cum intelligentia viua præberi. Et propriæa dixit David in quodam psalmo : *Concealit cor meum intrame, & in meditatione mea exaridet ignis* : idque adeo vehementi igne, vt ego perciperem illud, succidi. Porro inflamatio hæc amoris cum istarum duarum potentiarum, intellectus videlicet, & voluntatis vniōne, ingentes diuitias & voluptates adfert animæ. Extra cōrrouetiam liquidē est, in obscuritate ista habere iam animam principia perfectionis vniōnis amoris, quam expectat. A. que ita ad hunc tactum adeo sublimis sensus amorisque Dei, nisi exantlaus iam tribulationibus multis, magna que purgationis parte peracta, non peruenitur ; sed ad alios inferiores huius vniōnis gradus, qui ordinarie contingunt, nequaquam purgatio tanta requiritur.

CAPVT XIII.

De alijs dulcibus effectibus, quos hec obscura contemplationu nox in anima operatur.

*Primus
effectus
mira in-
tellexus
illustratio.*

Ex isto inflammationis modo, nonnullos suaves iucundosque effectus, quos obscura hæc cōtemplationis nox in anima operatur intelligere possumus. Aliquando enim in medijs obscuritatibus istis, illuminatur anima, lucetq; ei lux in tenebris, hac mysticâ influentiâ in intellectum directe derivata, voluntate etiam aliquatenus participante, idque cum quadam serenitate ac simplicitate tam subili sen-

suique animæ grata & suauis, vt illi nolum nomen imponi possit, quod fit aliquando secundum unum modum sensus experimentique Dei, aliquando vero secundum alium. Interdum etiam sauciū simul voluntatem, & tunc sublimiter, tamen nere, fortiterque succenditur amor. Iam enim diximus, tanto perfectius & subtilius duas istas potentias intellectum scilicet & voluntatem interdum consipit, simulque vñiri, quanto magis intellectus repurgatur. Verum antequam huc pertinet, vt plurimum inflammationis huius tactus, in voluntate potius sensu, quam perfectæ intelligentiæ tactus, in intellectu.

Inflammatio hæc sitisque amoris, cum iam hic à Spiritu S. derivetur, plerumq; differt ab illa, de qua in nocte sensuimus loquitur. Quamvis enim sensus etiam inflationis huius particeps sit, coquod spiritus tribulationes illum quoq; ex parte afficiant, radix tamen viuacitasq; amoris, in superiori animæ parte, id est, in spiritu sentitur, taliterque id quod sensu & eius quod optat absentiam in spiritu percipit, ac intelligit, vt omnem sensus afflictionem, quamvis absque comparatione villa, maior sit quam in priori nocte sensuua fuerit, nihil pendat: in intimis enim suis agnoscit absentiam cuiusdam intelligentis boni, cui nullum remedium adiicitur possit.

Verum hoc loco anima duertendum est quod licet à principio quâdo nox hæc spiritualis inchoatur, hæc amoris inflammatione minimè percipiatur, è quod iste amoris ignis nondum operationem suam perficerit, loco tamen inflammationis huius, confert confessim animæ Deus, quandam estimatiuum amorem sui adeo ingentem vt (sicut diximus) id quod magis illa affigit, quodque maximè in noctis huius tui-

bulationibus sensit, anxietas sollicitudoque
fuit, qua metuit ne Dei iacturam fecerit,
ab eoque sit repudiata. Atque ita semper
estimare possumus, ab ipsis non est huius
principis, animam anxietatibus amoris
nunc estimationis, nunc etiam inflammationis
esse affectum: Manifesteque patet,
maxima passionem ac afflictionem, quam in
distributionibus percipit, esse formidin-
tem istam. Si enim tunc certo illi constare
posset, nequam se rerum omnium iac-
turam fecisse, sed illa quae patitur, ad me-
ius ipsius esse (licuti revera sunt) neque
Deum sibi esse iratum, nihil vniuersas il-
lapsanas faceret, imo potius lætaretur
inde, sciens Deo gratum a se obsequium
exhiberi. Adeo enim ingens est estimationis
amor quo Deum prosequitur (qua-
quam in obscuritate, neque ipsa eum per-
cipiente) ut non solum haec quae diximus
libenter pateretur, sed magna cum alacri-
tate multoties moteretur, ut illi rem gra-
tam præstaret. Sed quando iam flamma
succendit animam, simul cum estimatione
ne quam iam Dei haber, tantas vires ani-
mumque acquirere solet, talemque propter
Deum anxietatem experiri, cōmunican-
tem illi amoris calore, ut animosissime
abque viuissimi respectu in ebrietate, vio-
lentiaque amoris non ad modum quid fa-
cias considerando, insolita quædam inusi-
taque quounque tandem modo seu ra-
tione tene illi offertent, aggredieretur, ut
possit inuenire illum, quem diligit anima-
tus.

Lxx. 17. 17. Et hæc fuit causa cur Maria Magdale-
na, quamvis esset adeo nobili genere nata,
nobilium & ignobilium hominum conuen-
tum in domo Pharisæi ad coniuicium cō-
gregatum neglexerit (quemadmodum ait
S. Lucas) nec considerauerit importunum
minusque decensem esse, inter cōiuas lachry-
mas effundere, dummodo posset absq; v-

nius horæ dilatione, dum cōmodius oportuniusq; tempus expediat, ad eum à quo iā
ipsius anima sauciata erat, & inflammata,
peruenire. Atq; ista est amoris ebrietas &
audacia, quæ in causa fuit, ut quamuis scel-
ret dilectum suū sepulchro signato inclu-
sum, ingenti lapide coniectum, & à mili-
tibus custodientibus vindiq; septum, nihilo
minus nulla istarum rerum amoris im-
petum retardauit, quin ante solis exortum
ad eum vnguentis linendum profiscere-
tur.

Ebrietas
amoris.

Ioā. 20. 1.

Tandem eadem amoris ebrietas anxie-
taq; efficit, ut illum quem hortulanū cre-
debat, & corpus è sepulchro sustulisse ex-
stimabat, an corpus illud sustulisset, &
vbinam illud reposuisset percuteretur,
ut illud ipsa posset auferre: *Situ sustulisti eū* Ibid. 15.
dicito mihi, rbi posuisti eum, & ego eum tollam:
non considerando interrogationem il-
lam, si iudicium ratioque ab amore libera-
fuerint, non adeò esse prudentem, mani-
festè enim patet quod si ille furto illud
sustulisset, nequam hoc ei esset pro-
palaturus, & multo minus accipere per-
missurus. Istud quippe fortis, vehementisq;
amori proprium est, ut omnia illi possibi-
liavideantur, & omnes idem quod ipse co-
gitare molirique arbitratur; non enim ali-
quid aliud reperiit credit, quod quispiam Amoris
fortis pro-
prium est
omnia sibi
credere
possibilitas.

Cant. 5. 2.

Cant. 5. 2. amer aut querat, præter id quod ipse a-
mat & querit: existimando nihil aliud a-
more & studio dignum præter illud. Pro-
pterea enim quando sponsa dilectum
suum, per vicos & plateas quæsitus exi-
uit, cæteros eodem amore cogitatione
que occupatos credens, illis dixit: ut si
reperissent illum, dicerent eam amore sui
langere.

Huiusmodi erat Mariæ istius vehemētia
amoris, ut videtur illi, quod si hortula-
nus locum in quo illum absconderat, in-
dicasset, se ituram, illumque accepturam,

quæ-

B.
annis
Tulce

pera
istica

MI

124

quamuis vel maxime prohiberetur. Huiusmodi itaque formæ ac conditionis sunt anxietates amoris, quas ista experitur anima, quando iam in hac purgatione spirituali proficit. Surgit enim de nocte (hoc est, in istis purgatiis tenebris) secundum voluntatis affectus. Et veluti anxia fortisque leæna vel vrla, suos requirens catellos, quando sunt ei ablati, nec tamen repertientis, sic & ista vulnerata anima, anxie potenterque Deum suum querit. Cum enim in tenebris verletur, sentit eum sibi absensem, moriturque amore illius. Atque hic est impatus amor in quo multo tempore vitam producere nequit homo, nisi vel optatis potiatur, vel certè intereat: similis illi quo erga filios flagrabat Rachel, quando dixit Iacob. *Da mihi filios, alioquin moriar.*

Sed hoc loco inquirendum est, quomodo anima cum se adeò miserabilem, tamque Deo indignam sentiat, sicut in istis purgatiis tenebris sentiri solet; tantum animi & virium habeat, ut audeat ad diuinam aspirare, tendereque unionem. Huius rei causa est; quod cum amor iam illi præbeat vires, quibus serio amet: proprietas autem amoris sit, velle amantem vnire, coniungere, æquare & rei amatae similem, ut scilicet in amoris bono perficiat, efficeret: hinc est, quod cum hæc anima non dum sit in amore perfecta, eò quod non dum ad unionem peruerterit, famæ & sitis qua eius quod illi deest tenetur, vniuersitas videlicet, ne cnon vires, quas iam amor contulit, voluntati, quibus illam inflammat, faciant illam, secundum voluntatem flammandem esse audacem, & animosam; quamvis secundum intellectum, eo quod sit in obscuritate, indignam se & miserabilem reputet.

Non placet hoc loco prætermittere diuinam lux causam cur diuina hæc lux cum semper sit

Amor impatiens.

Gen. 30. 1.

Amoris proprium est, velle amantem & quare rei amatae.

Cur hoc diuinam lux causam cur diuina hæc lux cum semper sit

lux animæ nō statim ac illam irradiat, illo minet; quemadmodum postmodum facit: in modo potius tenebras illi offundat, tribulationesque de quibus sumus locuti, adducat? Dubitationi huic aliquia ex parte superioris responsum est, particulariter tamen huic obiectioni responderetur. Tenebras cæteraque mala, quæ experitur anima, quando ista diuina lux illam ferit, nequamnam esse tenebras & mala lucis; sed ipsiusmet animæ, lucera autem animam illustrare, ut hæc mala agnoscat. Vnde ab ipsorum principio, irradiat illam lux ista diuina: sed ipsius ope non potest videte anima, nisi ea quæ sibi (vel ut melius dicam) in se sunt viciniora, tenebras videlicet & miseras, quas iam miserante Deo videt, antea autem nequaquam videbat, eò quod lox ista supernaturalis, minime illam ferit. Atque hæc est causa, cur à principio nullum quam tenebras & mala percipiat. At postmodum notitiâ sentimentoque malorum repurgata, oculos quibus huius lucis diuinæ bona sibi manifestata inveniunt, consequetur: profligatisque & sublatis vniuersis istis tenebris & imperiis omnibus animæ, confessim incipiunt agnoscit utilitates, bonaque ingentia, quæ in hac fælici nocte anima adipiscitur.

Ex dictis constat, quanta hoc loco conferat Deus animæ beneficia, secundum sensituum & spiritualem partem, sicut eam isto lixinio amataque portione ab omnibus affectibus & habiibus imperficiat, quibus tam in temporalibus, quam in naturalibus sensitivis & spiritibus leviter emundando, potentias plius interiores obscurando, illasque omnibus euacando, constringendo etiam & exciscendo sensitivas, spiritualesque affectiones illius, debilitando insuper & vites illius naturales in omnibus illis attenuando (quod nunquam, anima per seipsum con-

consequi potuisset, quemadmodum statim dicemus) hocque modo illam deficeret, ac veluti emori omnibus illis quæ non sunt Deus faciendo; vt hac ratione denueratam ac antiqua iam sua pelle spoliatam, nouis induat vestimentis. Atq; ita renouatur illi, sicut aquila iuventus sua, remanendo nouo induita homino, qui secundum Deum (vrat Apost.) eratus est, quod nihil aliud est, quâ eius illustrare intelle& u supernaturali lumine, ita vritelle&tus manus fiat diuinus vnitus diuino. Et eodem modo voluntatem illius diuino inflammat amore, ita vt iam voluntas non minus sit quam diuina, non minus scil. quâ diuino modo amando, vnta iam & vnū cum voluntate amoreque diuino effeta, & eodem modo memoria. Affectionis etiâ & appetitus vniuersi secundum Deum diuino modo mutantur. Atq; ita hæc anima citram de celo cælestis, & plus diuina quam humana. Quæ vniuerfa (sicut ex ijs que dicta sunt, optime animaduerti potest) Deus in ea no&te ista mediante effici acoperatur, diuinè illam illustrando, ac Dei solus, nulliusque alterius rei anxietanus inflammando. Quamobrem iusterationabiliterque admodum subiungi confessio anima tertium Cantus versus, quem cum cæteris eiusdem cantus, versibus proponemus, & capite sequenti exponemus.

C A P V T XIV.

In quo tres vltimi primi Cantus Versus propounderunt & explanantur.

*O sortem fortunatam,
Exiui, nec fui obseruata;
Cum iam esset domus mea
tranquillata.*

Fœlix sors quam primo trium horum versuum decantat anima, contigit illi, ob ea, quæ duobus sequentibus versibus recenseret, in quibus illius metaphoram assumit, qui ad aliquid operis circumspetius peragendum, domo suâ noctu & in tenebris, sopitis iam domesticis, egreditur, ne quispiam illorum opus interturbet. Cum enim hæc anima opus tam rurum, heroicumque esset patratura, as est seipsum diuino dilecto vire, foras exit, dilectus quippe noa nisi foris, & in solitudine reperitur. Quam etiam ob causam, sponsa solum illum inuenire cupiebat dicens: *Quis mihi det te fratrem meum ut imuniam te foris, & deosculer te?* id est, communicem tibi amorem meum? Expediebat præterea animæ amore captæ, ad exoptatum suum finem consequendū, noctu egredi, sopore iam oppresis omnibus suis domesticis: hoc est extintis iam ac noctis istius beneficio vniuersis vilibus operationibus, passionibus, appetitusq; suis consopitis, qui sunt domestici ipsius, qui semper quod evigilant, molestissimè ferentes animam ab ipsis liberam euadere, hæc ipsis bona præpediunt. *Qui sine domestici inimici homini.* Hi siquidem sunt domestici, de quibus in sancto Euangeli loquitur Salvator. *Et inimici homini domestici eius.* Quare expedierat, istorum domesticorum operationes motusq; in nocte ista cōquiescere & sopiri, ne supernaturalibus bonis vnonis amoris cum Deo obstaculo essent, quæ vno perseverante operatione viuacitateq; illorum nequit obtineri. Vniuersa siquidē ipsis molimina & motus præpediunt potius spiritualiū honorū vnonis amoris receptionē, quam promouent, nam omnis ipsis aptitudo & habilitas naturalis, manca insufficiensq; est, honorū supernaturalium intuitu, quæ sola Dei infusione, passiuē secretè & in silentio animæ cōmu-

Ii nican-

B.
unis
Bruce

der
istica

MII
124